

337 Apud D. Dykes in Wardall GERIC. (similiter Grut.). In *Olde Carlisle* rep., in casulis adiunctis *Westward* appellatis CAMD. ed. I, iamque extat in aedibus T. Dikes, fratris Oswaldi Dikes ed. VI. In *the hay loft at Drumburgh*, litteris tectis HORSL.

DEO
SANCTO BELA
TVCADRO
AVRELIVS
5 DIATVAARAE
X VOTO POSVIT
L L M M

Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 306 (Grut. 87, 1 'a Camdeno'); Camden ed. I (1586) p. 453 descriptam 'ab Oswaldo Dikes divini verbi in hoc agro magistro', ed. VI (1607) p. 638 (inde Horsley p. 278; Warburton vallum p. 123, 60; Goughs Camden 3 p. 439; Hodgson 2, 3 p. 237).

Exhibeo exemplum Gericii, a quo a Camdeno Grutero missum et in ed. VI impressum eo tantum differt, quod v. 5 DIATOVA habet; ed. I v. 5. 6 ita exhibet BIATO VA ARÆX|X VOTO POSVIT.

V. 7 duplices L et M spatii tantum apte ornandi causa puto positas esse; Horsleius de superlativis *libentissime meritissime* cogitavit, quorum exempla desidero.

Deo sancto Belatucadro Aurelius Diatua(?) ara(m) ex voto posuit l(ibens) m(erito)

339 Rep. in *Olde Carlisle* CAMD. Now at Wigton Hall BRUCE.

Camd.:	Bruce:
DEO	
CEAIIIO AVR	GENIO AVR
M RTI ET MRS	MARTI FTMRS
ERVACIOPRO	
5 SE-ET-SVIS-V-S	
L L M M	

Camden ed. I (1586) p. 454, ed. VI (1607) p. 638 (Scaliger cod. Lug. C 1 et in sylloge maiore p. 52; Grut. 89, 10 'ex Camdeno'; Baxter glossar. p. 85 qui interpolavit; Horsley p. 278; Goughs Camden 3 p. 440; Hodgson 2, 3, 237; Orell. 1981); Bruce in schedis.

1 om. Grut. (non Scal.). 2 CEANGO Baxt. ex interpolatione, de GENIO AVG cogitavit Reinesius. 3 ET MS Camd. ed. VI.

Deus invictus Genius loci est apud Orell. 275; *deus Genius* fortasse C. I. L. 2, 1943. Reliqua ita fere restituenda *Aur(elius) M[ar]tinianus* (vel simile cognomen) *E[ur]ac[us] pro se et suis v[er]otum s[er]vit[us] libens m[er]ito*. Ad v. 6 cf. n. 337. V. 4 nomen Eburaci certum videtur.

340 Rep. in *Old Carlisle*, servata in *Ilkirk* CAMD. *Old Carlisle* GALE. *Drumburgh*, in the west wall of the garden HORSL. *Drawdykes*, a seat of John Aglionby Esq. GIBS. Una cum n. 337 et 341 removed by Mr. Aglionby to his seat at *Drumbogh Castle*, and afterwards to *Lowther Castle*, where they are still preserved HODGS. Ibidem extat FRANKS. Est ara litteris optimis.

I . O . M
ALA . AVG . OB
VIRTVT . APPEL . CVI
PRAEST TB CL TB FI
5 INGM IVSTNVS
PRAEF FVSCIANO
II SILANO II COS p. C. 188

Ectypum misit A. W. Franks, ex quo descripsi. Camden ed. V (1600) p. 698, ed. VI (1607) p. 637 (Grut. 1006, 9 'a Camdeno et Cottono'; Th. Gale it. Ant. p. 38 et R. Gale *philos. transact.* 30, 1717 p. 835; ex his Donat. 173, 3; Orell. 3412); Gibsons Camden p. 842; Horsley p. 276 *Cumberl.* 56 (inde Warburton vallum p. 121, 56; Nicholson et Burn 2 p. 145; Goughs Camden 3 p. 439 tab. 20 fig. 9; Newton p. 113, 67; Hodgson 2, 3 p. 236); Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 402 in tab. fig. 2; Lysons *Cumberl.* p. 150, 1.

3 RTVT Camd. 4 in fine TIB-F-P Camd. 5 IN-G-M Camd. ed. V (IN-G-N ed. VI, LING-M Grut.), ut dedi Horsl. et Lys. qui frustra in re praesenti operam se dedisse affirmat, ut Galei lectionem reperiret; unde contentus fuit homo modestissimus repraesentare quae non intellexeret. De Sergia tribu coniectura, quam proposuit Mommsenus mus. Rhen. 11, 1857 p. 48, in promptu est; sed obstat ectypum, in quo clare legitur INGM. Latere igitur putandum est aut cognomen alterum aut oppidi alicuius nomen pro tribu positum; de *p(rovincia) Lingonensi* vel de *Lingonum municipe* Gale et Ward cogitaverunt male. IVSTINVS Camd., IVSTNVS Horsl. 7 II ET SILANO II COS Grut. (non Camd.), ET SILANO II C... Horsl. et Lys. errore aperto, ambo enim consules eius anni iterum fascies gessisse aliunde videtur constare; neque obstat quod et omissum est (cf. Rossi inscr. christ. I proleg. cap. III p. II § 2).

Gibsonis exemplum hoc est I.O.M.ALA AVG.O...B.VRI APPIA|IVL.PVB PS.T.TB.CETBERI.....; huius esse tituli perspexit Horsley p. 265.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) ala Aug(usta) ob virtut(em) appel(lata) cui praeest Tib. Cl(audius) Tib. fi(lius)..... Iustinus prae(ectus). Fusciano II Silano II co(n)s(ulibus)

341 Effossa apud *Olde Carlisle*, nunc extat in aedibus Barhousiorum ad *Ilkirk* CAMD. *Drumburgh*, in the end wall of a stable, quo videtur detulisse John Aglionby Esq. HORSL. Now at *Lowther Castle* HODGS., BRUCE, FRANKS. Est ara magna litteris bonis, nunc fracta.

I . O . M
A L A
AVG OB VRTVEM
APPELLATA CVRAE
5 EST.P.PVL.PVB.E.SR
GIA . MAGNVS . D.
MURSA . EX PANNON
INFERIORE PRAEFEC
ARONNO BRACO p. C. 191

Ectypum misit A. W. Franks, unde descripsi; quae in ectypo non legi dedi litteris inclinatis Camden ed. V (1600) p. 695 (inde Grut. 1007, 3 'a Camdeno et Cottono'); Horsley p. 277 *Cumberl.* 57 (inde Warburton vallum p. 122, 57 male; Nicholson et Burn 2 p. 145; Goughs Camden 3 p. 438 tab. 21 fig. 4); Hodgson 2, 3 p. 236; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 402 in tab. fig. 3; Bruce wall p. 362.

Camdeni exemplum nexus litterarum omnium accuratissime servavit. V. 5 in fractura ex parte superiore periit, ita tamen ut adhuc legatur. 6 MAG VS Horsl. In fine DE Bruce; latet fortasse DM. 7 EXPANNON Bruce. 8 INFERIORE PRAEFEC Horsl., INFERIORE PRAEFEC Bruce. 9 ARONNO BRACO... Camd., ARONNO BRACO... Horsl., ARONNO BRACO Bruce.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) ala Aug(usta) ob virtutem appellata cui praeest P. Ael(ius) Pub(lii) fil(ius) Sergia Magnus d(omo) Mursa ex Pannon(ia) inferiore prae(ectus). Aproniano et Brad(ua) co(n)s(ulibus)